# FLORILEGIUM PATRISTICUM



DIGESSIT VERTIT ADNOTAVIT

**GERARDUS RAUSCHEN**
DR. THEOL. ET PHIL., OLIM SS. THEOLOGIAE IN UNIVERSITATE BONNENSI
PROF. P. O.

FASCICULUS XII

## EMENDATIONES ET ADNOTATIONES AD TERTULLIANI APOLOGETICUM

BONNAE
SUMPTIBUS PETRI HANSTEIN
MCMXIX

# FLORILEGIUM PATRISTICUM

DIGESSIT VERTIT ADNOTAVIT

**GERARDUS RAUSCHEN**
DR. THEOL. ET PHIL., OLIM SS. THEOLOGIAE IN UNIVERSITATE BONNENSI
PROF. P. O.

---

FASCICULUS XII

## EMENDATIONES ET ADNOTATIONES AD TERTULLIANI APOLOGETICUM

BONNAE
SUMPTIBUS PETRI HANSTEIN
MCMXIX

J. N. 5257.

Imprimi permittitur.

Coloniae, die Decembris 1918.

Prof. Dr. Vogt,
Vic. Archiepiscopi Generalis.

# PROLEGOMENA.

## § 1.

Ex quo alteram meam editionem Tertullianei Apologetici publicavi (anno 1912), complures viri docti textui eius emendando et interpretando laborem inpertivere, in primis hi:

a) H. Schroers, Zur Textgeschichte und Erklaerung von Tertullians Apologetikum (Texte und Untersuchungen zur Gesch. der altchristl. Literatur, 40. Bd., 4. Heft), Lipsiae 1914.

b) G. Rauschen, Prof. Heinrich Schroers und meine Ausgabe von Tertullians Apologetikum, Bonnae 1914.

c) Einar Loefstedt, Tertullians Apologeticum textkritisch untersucht, Lipsiae 1915.

d) G. Esser, Tertullians ausgewählte Schriften ins Deutsche übersetzt, vol. 2, Campoduni et Monachi 1915, p. 33—182.

e) L. Wohleb, Tertullians Apologeticum (Berliner Philologische Wochenschrift 1916, 539—544; 603—608; 636—640; 848—856; 1537—1541).

Hi omnes id potissimum quaerendum sibi proposuerunt, quantum valeat et quomodo utendus sit ad textum genuinum Apologetici constituendum codex Fuldensis. De quo codice quid illi enucleaverint et quid ipse sentiam, pauca praefari mihi liceat.

## § 2.

1. Codex monasterii Fuldensis, qui praeter Apologeticum etiam librum Tertulliani Adversus Iudaeos habebat,

ipse quidem deperiit; exstat autem indiculus discrepantium lectionum utriusque libri factus a Francisco Modio (François de Maulde), qui fuit grammaticus et canonicus Brugensis in Flandria; is enim vir doctissimus a die 26. Sept. usque ad 12. Dec. 1584 Fuldae versatus codicem illum cum editione operum Tertulliani a Renato Laurentio de la Barre anno 1580 Parisiis vulgata comparavit. Variantes lectiones, quas Modius exscripserat, per Casparem Scioppium philologum venerunt in manus Francisci Iunii, qui id temporis novam operum Tertulliani editionem adparabat. Iunius vero, postquam has lectiones optimi generis esse et stilum Tertulliani optime redolere cognovit, eas, cum editio eius nimium iam processisset — prodiit anno 1597 Franekerae, 2 voll. — in adpendice voluminis alterius typis mandavit. Praeter editionem Iunii ad nos usque pervenit apographum mutilatum schedularum Modii, quod exstat in bibliotheca municipali urbis Bremensis (C 48), continens lectiones capitum Apologetici 1—15[8]; hoc fragmentum compluribus locis editioni Iunianae praestat. Lectiones Fuldenses una cum lectionibus codicis Parisini 1623 et Montispessulani H 54 nuper denuo typis expressit I. P. Waltzing in libello utilissimo: Les trois principaux manuscrits de l'Apologétique de Tertullien, Lovanii 1912.

2. Conlatione codicis Fuldensis a Modio confecta ad textum Apologetici constituendum primus usus est Nicolaus Rigaltius in altera operum Tertulliani editione (Parisiis 1641), sed ita, ut lectiones codicis, quae ipsi placuere, inde desumeret, reliquarum vero, quae permultae erant, in adnotationibus ne mentionem quidem faceret. Multo plus fecit Sigebertus Havercamp, qui lectiones eiusdem codicis maximi pendens[1] dimidiam earum partem in textum recepit, reliquas 'fideliter',

[1] 'Non enim puto usquam terrarum aliquos exstare codices huius Apologetici, qui cum illo, qui quondam in bibliotheca Fuldensi fuit, singularitate et praestantia comparari possit' (Praef. p. 4).

ut ait in praefatione, at non omnes in notis editionis suae[1] expressit. Franciscus Oehler et ipse summis laudibus effert codicem Fuldensem[2]; at eodem loco Rigaltium et Havercampium perperam fecisse coarguit, 'quod plane obtuso ingenii acumine Fuldensibus his et vulgaris cuiusvis generis codicum scripturis commixtis pannos consarcinare quam integrum opus reficere maluerunt'; ipse lectiones vulgaris traditionis passim, lectiones vero Fuldenses paucissimas in textum admisit, at paene omnes infra textum adnotavit[3]. Post Oehlerum Aemilius Kroymann recensionem Fuldensem Apologetici, etsi iam Rufini aetate in usu fuisset, minoris pretii esse recensione vulgari iudicavit[4]; eadem est sententia Guilelmi Hartel, qui textum Fuldensem retractationem ex libris Tertulliani Ad nationes factam esse censet[5]. Econtra Callewaert codicem Fuldensem non solum optimam Apologetici recensionem, sed etiam interpolationibus deliberate et consulto factis prorsus liberam esse ex capitibus 1—7 et 48 Apologetici efficere conatus est[6], eiusque sententiam probavit Harnack[7].

3. Recensionem Fuldensem Apologetici plane singularem esse multumque differre a recensione ceterorum omnium codicum iam Havercamp (praef. p. 4) cognoverat. Neque minus certum est recensionem Fuldensem iam saeculis III.—V. post

[1] Tertulliani Apologeticus studio et industria Sigeberti Havercampi, Lugduni Batavorum 1718. — [2] 'Habet enim hic indiculus (Modii) variantes lectiones sane quam optimas et quae auctoris stilum tam sapiunt quam quod maxime' (Tertulliani quae supersunt omnia, ed. F. Oehler, Lipsiae 1853, vol. I, praef. XIX). — [3] Tribus locis Oehler in textu Apologetici codicem Fuldensem secutus est: c. 7, 7 piae, c. 16, 2 fontis, c. 16, 6 prostant; viginti fere locis lectiones Fuldenses non adnotavit (ita Rauschen, Prof. H. Schroers und meine Ausgabe, p. 117 s.). — [4] Quaestiones Tertullianeae criticae, pars 1, Gottingae 1893, 14. — [5] Patristische Studien II 21 (Sitz.-Berichte der Wiener Akademie, phil.-hist., Vindob. 1890). — [6] Le codex Fuldensis le meilleur manuscrit de l'Apologeticum de Tertullien (Revue de l'hist. et de litt. religieuses, Paris 1902, 322—353); et: La valeur du codex Fuldensis (Extrait des Mélanges Charles Moeller) 1914. — [7] Die Chronologie der altchr. Lit. II 266 [2].

Chr. in usu fuisse; eam enim secuti sunt et is, qui saeculo tertio Apologeticum in graecum sermonem vertit, et saeculo quarto auctor libelli 'Altercatio Heracliani laici cum Germinio episcopo Sirmiensi' et paulo post Tyrannius Rufinus[1]. Sed quomodo haec duplex Apologetici traditio orta esset, magna inter viros doctos nostri temporis quaestio fuit.

Iam Havercamp suspicatus erat Apologeticum a Tertulliano bis editum esse et codice Fuldensi priorem, ceteris codicibus posteriorem editionem nobis traditam esse[2]. Havercampium secutus est Oehler[3], qui eam ob causam in edendo Apologetico sola traditione vulgari usus lectiones Fuldenses in adparatum criticum reiecit. Hanc eandem sententiam ampla argumentatione defendit Schroers anno 1914 in libro supra laudato: Zur Textgeschichte und Erklaerung von Tertullians Apologeticum, in quo probare studet: a) recensionem vulgatam multo meliorem esse recensione Fuldensi; b) neminem nisi Tertullianum ipsum ex textu Fuldensi textum vulgatum efficere potuisse; c) idcirco editionem Oehleri omnium, quae hucusque prelum reliquerint, optimam esse, quippe qui solam traditionem vulgatam secutus sit. Sed Schroers in hac re adverso Marte pugnavit; nam quicunque viri docti libri eius censuram fecerunt, ei oblocuti sunt[4]; ego contra eum peculiarem librum edidi (supra p. 1); E. Loefstedt, qui iam antea fusius contra eum scripserat[5], postea in libro suo (supra p. 1) et G. Esser in adnotationibus versionis suae germanicae Apologetici passim eum impugnant.

[1] Ita Schroers, Zur Textgeschichte, p. 88 ss.; Rauschen l. l. p. 36 ss.; Loefstedt, Tertullians Apol. p. 31 et 57. — [2] Tert. Apol. p. 292, 409, 439. — [3] In libro: Tertulliani Apologeticum et Ad nationes libri duo, Halae, Sax. 1849, praef. p. VI et p. 105; idem in posteriore opere: Tertulliani quae supersunt omnia, praef. p. XIX. — [4] ex. gr.: Hans von Soden (Theol. Literatur-Zeitung 1915, 491—494); Erwin Preuschen (Deutsche Literatur-Zeitung 1915, 808—811); Heinrich Hoppe (Berliner Philol. Wochenschrift 1916, 1263—1267); A. Feder S. J. (Theol. Revue 1916, 359—361). — [5] Göttingische gelehrte Anzeigen 1915, 177—184.

4. Equidem in Prolegomenis primae editionis Apologetici (Bonnae 1906) de codice Fuldensi ita scripseram (p. 7): 'In codice Fuldensi habemus singularem formam Apologetici, quae multis locis sola veras Tertulliani scriptiones adservavit . . . Sed cave dicas cum Callewaert, textum huius codicis non esse vere retractatum . . . Itaque magna cautione eo utendum est.' Eadem verba repetivi in altera editione (Bonnae 1912), etsi in hac multo plures lectiones Fuldenses textui inserueram. At postquam libris nuper editis cum Schroersii tum Loefstedtii commotus lectiones codicis Fuldensis omnes et singulas denuo recensui et ponderavi, omnino fere Loefstedtio adstipulo, cuius sententia haec est: 'Solo codice Fuldensi genuinus et authenticus textus Apologetici ad nos pervenit; textus vero vulgatus interpolata veri textus recensio est, facta postero tempore — post saeculum V. — manu satis inperita eo potissimum consilio, ut stilus difficilis et singularis Tertulliani vulgarior dilucidior planior fieret'[1]. Itaque in codice etiam Fuldensi utendo cautione opus est; nam non solum consueta menda librarii in eo multa occurrunt, sed etiam doctis interpolationibus non caret, maxime in altero dimidio Apologetici[2]. Attamen haec retractatio satis obiter facta est, ita ut textus genuinus Tertulliani in hoc codice multo rarius et levius mutatus adpareat quam in ceteris omnibus codicibus[3].

[1] Ita Loefstedt, Tertullians Apologeticum p. 11. — [2] Idem Wohleb quoque probare intendit in ephemeride 'Berliner philologische Wochenschrift' nuper (1916, col. 539 ss., vide supra p. 1) neque tamen multum profecit; perpaucis enim locis (ex. gr. Apol. 21, 18: ex parte Romana) fidem codicis Fuldensis aliqua ex parte labefactavit. — [3] Loefstedt p. 73: Der Fuldensis ist also zwar mit einer gewissen Vorsicht zu benutzen (was namentlich für die zweite Hälfte des Apologeticum gilt), bleibt aber trotzdem unsere weitaus beste kritische Quelle, die uns im Gegensatz zu der durchweg stark interpolierten Vulgata im großen und ganzen den einzig echten und richtigen Text bietet . . .; absichtliche Änderungen sind selten, kommen aber besonders im letzten Teil der Schrift vor; sie bestehen im allgemeinen aus kleineren Erweiterungen (hinzugefügten Einzelworten, Hilfsverba u. dgl.) und wachsen sich nur in ganz wenigen Fällen zu wirklichen Überarbeitungen aus.

5. Lectiones codicis Fuldensis non solum ex adnotationibus Modii, sed etiam ex editione Laurentii de la Barre (Paris. 1580) eruendae sunt; eos enim locos huius editionis Modius ex codice Fuldensi non emendavit, quos huic codici congruentes esse putabat. Hoc ab editoribus et a viris criticis non satis hucusque observatum est; Oehler lectiones proprias editionis de la Barre multas signo (λ) adnotavit, multas autem neglexit; ceteri editionem de la Barre ne aspectaverunt quidem. Quamobrem ipse totum textum editionis de la Barre cum textu vulgato Apologetici comparavi et eas lectiones, quae mihi non neglegendae esse videbantur, vel in textum recepi vel adnotavi. Quod cum facerem, id quoque cognovi Modium ordinem verborum non respexisse; eas enim lectiones codicis Fuldensis, quae solo ordine verborum ab editione de la Barre discrepabant, nusquam adnotavit.

## § 3.

Ex disputationibus de Apologetico Tertulliani post annum 1912 publicatis et propria inquisitione cognovi, multa in altera mea Apologetici editione emendanda, multa etiam supplenda esse, praesertim in adparatu critico. Haec omnia in hunc fasciculum Florilegii patristici congessi ita, ut omnes lectiones codicis Fuldensis nunc aut in textum aut in adnotationes receptae sint, iis solis praetermissis, quae ut mera menda librarii nullius sunt momenti.

Signa codicum in hoc libello eadem sunt quae apud Oehlerum et in altera mea editione Apologetici:

λ = cod. Fuldensis secundum editionem Iunii.
(λ) = cod. Fuldensis secundum editionem Laurentii de la Barre.
A = cod. Parisinus 1623 saec. X.
B = cod. Parisinus 1656 A saec. XII.
C = cod. Parisinus 1689 saec. XIII.
D = cod. Parisinus 2616 saec. XV.
E = cod. Gothanus saec. XIII.
F = cod. Erlangensis saec. XV.

G = cod. Leidensis saec. XV.

M = cod. Montispessulanus H 54 saec. XV.

Accedunt hae notae:

υ = omnes vel omnes fere codices praeter Fuldensem.

Br = cod. Bremensis C 48, quo continentur lectiones variantes capitum 1—15 Apologetici ex recensione Fuldensi.[1]

Esser = Tertullians ausgewählte Schriften, übersetzt von G. Esser. Campoduni 1915.

Heinze = Richard Heinze, Tertullians Apologeticum (Berichte der sächsischen Ges. d. Wiss. zu Leipzig, vol. 62, 1910, 281 ss.).

Loefst. = Loefstedt, Tertullians Apologeticum, Lipsiae 1915.

Oehler = Tertulliani quae supersunt omnia ed. Fr. Oehler, vol. I, Lipsiae 1853.

Rauschen = R., Prof. H. Schroers und meine Ausgabe von Tert. Apol., Bonnae 1914.

Schroers = Schr., Zur Textgeschichte und Erklaerung von Tert. Apol., Lipsiae 1914.

---

[1] Lectiones huius codicis et codicum λ A M novissime typis expressit Waltzing in libro: Les trois principaux manuscrits de l'Apologétique de Tertullien, Lovanii et Parisiis 1912.

## Cap. 1.

1 quod proxime accidit domesticis iudiciis[1].

[1] Domestica iudicia ea sunt, quae in domo vel in secretario praesidis fiunt (Heinze p. 292).

3 Quid hic[a] deperit legibus in suo regno dominantibus, si audiatur? Hoc[b] magis gloriabitur potestas earum, quod[c] etiam inauditam[d].

[a] ita Br, *hinc* (λ) et veteres edd. [b] ita λ, *An hoc* υ. [c] ita (λ) et veteres edd., *quo* υ. [d] ita (λ) et veteres edd., *auditam* υ.

6 tanti, quanti[a] denotamur.

[a] ita λ, + *et* υ.

condicionem, etiam[a] dignitatem transgredi.

[a] ita Br et υ, *et* (λ).

8 Quanto magis hos Anacharsis denotasset inprudentes de prudentibus iudicantes[a]? 9 Malunt nescire quia[b] iam oderunt; adeo[c] praeiudicant id esse, quod non poterant odisse si sciant[d]; quando, si nullum odii meritum[e] deprehendatur.

[a] ita λ Rauschen p. 17 s. Loefst. p. 74 s., + *quam inmusicos de musicis* υ. [b] *malunt qui* λ. [c] ita λ, + *quod nesciunt* υ. [d] ita λ, *quod si sciant non poterant odisse* υ. [e] ita λ et Ad nat. I 1 (p. 59, 16), *debitum* υ Oehler Wohleb (Berl. Phil. Woch. 1916, 853 ss.).

11 certe damnati maerent; ⟨exprobrant⟩ enim, ⟨quod⟩ erant, in semetipsos[a], mentis malae ignaviam[b] vel fato vel astris inputant; nolunt enim suum esse, quod[c] malum agnoscunt.

[a] ita *(exprobrant ... semetipsos)* Ad nat. I 1 (p. 60, 7, ubi legitur: 'certe damnati maerent, exprobrant etenim quod erant in semetipsos, mentis malae ab innocentia transitum vel astris vel fato imputant'); *enumerant in semetipsos* λ, *dinumerant in semetipsos* υ. [b] ita λ et Ad nat. l. l., *impetus* υ. [c] ita λ, *quia* υ; cfr. Ad nat. l. l. (p. 60, 11): quia malum negare non possunt.

12 Christianus[a] vero nihil[b] simile.

[a] ita cod. Brem. υ, *christianos* λ. [b] ita λ, *quid* υ; cfr. Ad nat. . . Christiani vero quid tale consequuntur?

13 cuius accusatio votum est et poena victoria[a]? Non potes dementiam dicere, quod[b] revinceris ignorare.

[a] ita λ, *felicitas* υ. [b] ita λ (etiam Br), *qui* υ.

## Cap. 2.

1 tractatio debet[a] intervenire.

[a] ita λ, *deberet* υ.

4 quando, si de aliquo nocente cognoscitis[a].

[a] ita (λ) Oxon. et veteres edd. (melius propter rhythmum), *cognoscatis* υ.

5 qui centum iam infantes comedisset[a].

[a] + *sed nec in isto ex forma malorum iudicandorum agitis* λ et Feder (Theol. Revue 1916, 361), qui non vidit eadem verba etiam Apol. 2, 10 legi.

6 Atqui[a] invenimus inquisitionem.

[a] ita D F cod. Brem., *atque* λ Havercamp, *atquin* ceteri Oehler.

nihil aliud se de sacramento[a] eorum comperisse.

[a] ita λ, cfr. c. 15, 8 sacramenti nostri ordinem; *de sacramentis* υ.

12 ergo[a] nos innocentissimos iudicatis, cum[b] quasi innocentissimos.

[a] *erga* λ. [b] *iudicatis cum* > λ, *cum* (solum) > Br.

quam necessitate, non iustitia damnandam a vobis putatis[a].

[a] ita λ, *sciatis* υ.

13 mendacium elaboratis audire[a].

[a] *audire laboratis* λ, quod propter rhythmum non placet.

17 Praevaricaris in leges: vis ut[a] neget se nocentem, ut eum facias innocentem, et quidem invitum, iam nec de praeterito reum.

[a] ita λ, *ergo* υ.

ibidem post tribunal vestrum[a] de vestra rideat aemulatione, iterum christianus[b].

[a] ita λ, > υ. [b] *inter christianos* (λ) G. Gorziensis Florent.

18 Cum[a] igitur in omnibus aliter nos[b] disponitis . . . excludimur enim si faciamus[c].

[a] *cur* λ. [b] ita λ, *nos aliter* υ. [c] *facimus* (λ) DF Vindob. et veteres edd.

## Cap. 3.

1 Quid, quod[1] ita plerique.

[1] De sensu agit Schroers p. 94.

8 quia nominatur, non quia revincitur[a].

[a] ita (λ) DG Gorz; *nominantur . . . revincuntur* υ Oehler.

## Cap. 4.

1 in christianis non esse, quae in se non nesciunt esse[a], simul uti.

[a] ita ego, *quae in se nesciunt esse* υ, *quae in se non nesciunt* λ (ubi sequens versus 'simul . . . optimos' intercidit).

2 quae palam admittentes invenimur[a].

[a] ita Loefst. p. 75 ss., *quae palam ad. inveniuntur* Br., *quae palam adinveniuntur* λ, *quae illos palam admittentes invenimus* υ.

4 cum iure[a] definitis . . . et hoc sine ullo retractatu[1] humaniore.

[a] ita λ Esser p. 50[3], *dure* υ.

[1] i. e. inquisitione; cfr. Adv. Prax. 2 (p. 229, 20): sed salva ista praescriptione ubique tamen propter instructionem et munitionem quorundam dandus est etiam *retractatibus* locus, vel ne videatur unaquaeque perversitas non *examinata*, sed praeiudicata damnari.

quia non[a] vultis, non quia debuit non licere

[a] ita λ Esser l. l., > υ.

5 Quodsi, quia non debet licere, ideo noluistis licere[a], sine dubio.

[a] ita λ, *quodsi quia non debet ideo non vultis licere* υ.

si bonum invenero esse, quod lex[a] prohibuit.

[a] ita λ, + *tua* υ.

9 Sed et iudicatos retro[a] in partes secari.

[a] ita λ, > υ; cfr. c. 1, 6: omnes qui retro oderant.

10 Quot adhuc vobis repurgandae latent leges! Quas neque annorum numerus[a] neque conditorum dignitas commendat sed aequitas sola; et ideo cum iniquae recognoscuntur, merito damnantur, licet et[b] damnent[c].

[a] > λ. [b] ita λ, > υ. [c] ita etiam Br, damnentur λ.

11 infanticida[a], cur non extorquent?

[a] ita Br BCG, *infanticidia* λ ADE Oehler.

12 quale sit, quod ulciscitur[a].

[a] ita λ, + *lex* υ.

13 si non probata dominatur[a].

[a] ita λ, *dominetur* υ.

## Cap. 5.

1 homo iam deo[a] propitius esse debebit.

[a] > λ.

2 nomen christianum in saeculum[a] intravit[b].

[a] ita Br υ, *saeculum* (sine *in*) λ. [b] ita λ et Rufinus h. e. II 2, 5, *introivit* υ.

3 sectam cum[a] maxime Romae.

[a] ita Br υ Rufinus (h. e. II 25, 4: sectam cum maxime Romae); Eusebius hoc loco habet: ἡνίκα μάλιστα; > λ.

4 Temptaverat et Domitianus, portio Neronis de crudelitate, sed qua et[a] homo, facile coeptum repressit.

[a] *quia* λ DEM Oxon. Erfurt., *quasi* Rufinus (h. e. III 20, 7, Eus. hoc loco habet: ἅτε ἔχων τι συνέσεως); cfr. c. 30, 1: sciunt *qua homines*, quis et animam.

7 quas Traianus . . . nullus Verus inpressit[1].

[1] Rauschen p. 44 ss., Loefst. p. 24 ss.

## Cap. 6.

3 Theatra nec singula satis esse nec nuda[1].

[1] Theatra caloris et imbris accendi causa velis tegebantur.

4 Circa feminas quidem etiam illa maiorum instituta ceciderunt . . . adeo vino[a] abstinerentur.

[a] ita etiam Br, *a vino* (lege *a. vino* = adeo vino) λ.

7 quae prospecte[a] decreverant patres nostri.

[a] *specte* λ, fortasse rectum.

cum[a] mysteriis suis.

[a] *tum* λ.

10 christianos destinatis[a] [1].

[a] ita λ, *destinastis* υ.

[1] destinare = notare; ita Roensch, Itala u. Vulgata[2] p. 385.

## Cap. 7.

1 aut nolite credere, qui non e r u i t i s[a].

[a] ita λ, *eruistis* υ.

2 Longe aliud munus c a r n i f i c i i[a] in christianos imperatis.

[a] ita (λ) EF Leidensis Vindob. Oxon. Erfurt, *carnifici* cum ceteris Oehler. Vox *carnificium* alias in tota latinitate non occurrit; apud Tertullianum legitur De pudic. 22 (p. 273, 12) ex coniectura Ios. Scaligeri et Reifferscheidii.

3 simul atque adparuit[a], inimica est.

[a] > λ.

et quidem proprie[a] ex aemulatione Iudaei.

[a] *proprii* (λ) fortasse rectum.

ex natura etiam ipsi[a] domestici nostri.

[a] ita λ, *ipsi etiam* υ.

6 quae prodita interim[a] etiam humanam . . . dum d i v i n a servatur[b].

[a] > λ; cfr. Ad nat. I 7 (p. 68, 22); quae prodita non vitarent interim humana sqn. [b] ita Latinius Oehler Loefst. p. 80, *divinitas servatur* λ, *divina servantur* υ.

7 cum semper etiam piae[a] initiationes arceant profanos et ab arbitris[b] caveant.

[a] ita λ, cfr. Ad nat. I 7 (p. 68, 25): cum etiam iusta et licita mysteria; *inpiae* υ et Wohleb (Berliner Phil. Wochenschrift 1916, 850 s.). [b] ita Br, *etiam ab arbitris* λ, *et arbitris* υ.

8 Quia[a] velox, quia index, an quia plurimum mendax?

[a] ita Br υ, *an quia* λ.

9 Quid? quod ea illi condicio est.

11 An famae credat, nisi si inconsideratus? qui sapiens est[a], non credit incerto. Omnium est aestimare, quantacumque illa ambitione diffusa est[b].

[a] ita λ, *An vero famae credat nisi inconsideratus quia sapiens* υ et Loefst. p. 67; cfr. Ad nat. I 7 (p. 67, 18): 'Nemo famae credit nisi stultus, quia sapiens non credit incerto'. Observa, quod vox 'nemo', quae in libro Ad nationes legitur, in Apologetico deest. [b] ita λ, *sit* υ.

Exinde[a] in traduces linguarum et aurium serpit[b].

[a] Ante hanc vocem numerus 12 delendus est. [b] *serpat* (λ) D E Leidens. Oxon. Erfurt. et veteres edd.

et ita modici seminis vitium excetra[a] [1] rumoris obscurat[b].

[a] ita Esser p. 60 [1], *cetera* λ et υ; Ad nat. I 7 (p. 67, 22) pro 'excetra rumoris' legitur 'maius rumoris'. [b] *obscurant* Gelenius Waltzing.

[1] i. e. Schlange, Gewürm, Rattenkönig; cfr. Tert. de pat. c. 5 (p. 9, 15): 'talis igitur excetra delictorum cur non dominum offendat improbatorem malorum', ubi Engelbrecht explicat: 'excetra = hydra quae semper nova ex se parit delicta'.

12 Bene[a] autem quod.

[a] Ante hanc vocem numerus 12 ponendus est.

13 Merito igitur fama tamdiu conscia sola est scelerum christianorum. Quod dicitur semper, semper ⟨non⟩ est[a], quia quod est desinit dici[b]. Hanc iudicem.

[a] ita ego, *quod dicitur semper est* λ, *quod dicitur semper semper est* Br.
[b] *Quod dicitur . . . desinit dici* in solo codice λ legitur, omittunt codices ceteri et editiones omnes.

## Cap. 8.

1 De hoc enim quaero, an et qui credideris[1], tanti habeas[a]

[a] *crediderit tanti habeat* λ Esser p. 61[3]; sed cfr. Ad nat. I 8 (p. 70, 24): volo enim scire, si per talia scelera adire parati estis, quemadmodum nos . . . cupio respondeas, si tanti facis aeternitatem.

[1] i. e. in vitam aeternam christianorum.

3 Piaculum enim feceris nisi incestum[a].

[a] ita ego, cfr. Ad nat. I 7 (p. 71, 6): piaculum feceris nisi incestum; *piaculum enim feceris nisi incestum feceris* λ, *piaculum enim admiseris, nisi incestum feceris* cet. omnes.

4 Talia initiatus et consignatus vives[a] in aevum.

[a] ita Loefst. (p. 80), *viris* υ; cfr. Ad nat. I 7 (p. 71, 6): haec cum expunxeris, vives in aevum.

5 Alii[a] nos opinor natura.

[a] ita λ, *alia* υ.

7 quae praeparanda sint discere[a].

[a] ita Loefst. (p. 81), *discribere* AM, *describere* (λ) et cet.

9 Timent plecti, si proclament!

## Cap. 9.

2 teste militia patris nostri[a][1], quae id ipsum munus[b].

[a] ita λ, *patriae nostrae* υ. [b] *ad ipsum manus* λ.

[1] Schroers (p. 103 ss.) defendit lectionem 'patriae nostrae'; contra eum scripserunt Rauschen 93 ss. et Esser 63[1]. Schr. putabat Tertullianum scribere non potuisse 'patris *nostri*', cum alias numero singulari de se ipso uteretur; at Esser rescribit persaepe Tertullianum de se numero plurali usum esse (ex. gr. Mart. 1: capite aliquid et a nobis; Bapt. 10: mediocritas nostra; Uxor. I 1: post excessum nostrum), et Hoppe (Berl. Phil. Wochenschr. 1916, 1267) ex solo Apologetico undeviginti locos conlegit, in quibus Tertullianus de se numero plurali utitur.

3 perseveratur[a] hoc sacrum facinus.

[a] perseverat (λ) F et veteres edd.

4 perseverabat sed quos[a] quidem.

[a] ita Esser 64[1], *perseverasset sed quos* λ, *perseverabat quos* υ.

5 Hoc, opinor, minus quam hominis! An hoc turpius.

7 Si quid et de necis genere differt[a], utique crudelius in aqua spiritum torquetis[b] aut fami aut canibus exponentes[c].

[a] ita λ, *si quidem de genere necis differt* υ. [b] ita λ, *extorquetis* υ; cfr. Isidor. etym. V 27, 35. [c] ita λ, *aut frigori et fami et canibus exponitis* υ.

8 Nobis vero homicidio semel[a] interdicto.

[a] ita λ, *semel homicidio* υ.

9 De sanguinis pabulo et eiusmodi tragicis fabulis[a].

[a] ita λ, *ferculis* υ; cfr. supra no. 5: Remitto fabulas Tauricas theatris suis.

10 Hodie istic Bellonae secatus[a] [1] sanguis de femore proscisso palmula[b] exceptus et esui[c] datus signat.

[a] ita ego, *secator* λ, *secatos* Br, *sacratus* υ, *sacratos* Loefst. p. 70, cum Rigaltio. [b] ita λ, *in palmulam* υ. [c] ita Oehler, *et usui* λ, *et sui* υ.

[1] *Secatus* i. e. prosecatus vel sacratus; cfr. Ad nat. II 2 (p. 96, 18): idem (Socrates) Aesculapio gallinaceum secari quasi certus iubebat. Porro scribendum est *secatus*, non *secatos;* nam qui sunt Bellonae sacrati, quos sacerdotum Bellonae sanguis consecrabat? Vide Preller, Röm. Mythologie, ed. 3, II 386 s.

11 ructuatur[a] ab homine.

[a] ita Br, *ructatur* λ, *ructatur proinde* υ.

13 ne quo modo[a] sanguine contaminemur.

[a] *quo* (λ) et veteres edd., *quoque* G et aliquot libri Pamelii.

14 Denique in tormenta[a] christianorum.

[a] ita λ, *inter temptamenta* υ.

ut quos sanguinem pecudis[a].

[a] ita λ, *pecoris* υ.

15 quem quidem[a] et ipsum.

[a] *quid* λ, *qd*. Br.

Proinde enim probarentur sanguinem humanum adpetendo christiani, quemadmodum[a] sacrificium respuendo.

[a] *adpetendo christiani qui* λ, *ap. christiani q.* Br, *adpetendo quemadmodum* υ.

17 quantum liceat erroribus vestris[a] ad incesta.

[a] ita λ, om. υ.

memoriam dispergi[a].

[a] ita Iunius, *disperci* λ, *dissipari* υ.

18 et ita sparsum[a] genus per commercia humana concurrit[b] in memorias suas, nequis[c] eas caecus[1] incesti sanguinis agnoscat.

[a] *ut ita sparsum* Br Oehler, *ut ita spersum* λ, *uti asparsum* A, *uti aspersum* BDEF. [b] ita λ, *concurrat* υ. [c] ita λ, *neque* υ.

[1] i. e. ignarus (Hoppe, Syntax u. Stil Tert. p. 21).

20 et[a] videre videantur quae non sunt. Sic per omnia ostendam. Nunc de manifestis[b].

[a] ita (λ) et veteres edd., > υ. [b] ita λ, *nunc de manifestioribus dicam* υ.

## Cap. 10.

2 Deos vestros colere desivimus[a], ex quo illos non esse cognovimus[b].

[a] ita Br, *desinimus* λ et υ. [b] ita Br, cfr. Loefst. 82; *cognovimus* λ, *cognoscimus* υ.

Tunc et christiani puniendi, si eos non colerent, quia putarent non esse, quos constaret esse. Sed apud nos[a], inquitis, constat deos esse illos[b].

[a] ita Br, *vos* λ. [b] ita λ; Vulgata vero ita habet: '*Tunc et christiani puniendi, si quos non colerent, quia putarent non esse, constaret illos deos esse. Sed nobis, inquitis, dei sunt.*'

3 a vobis ipsis[a] ad conscientiam vestram.

[a] ita λ, om. υ.

5 certi[a] enim oblitos agitis.

[a] ita λ, *certe* υ; cfr. c. 39, 4: apud certos de dei conspectu.

7 Saturnum itaque, si[a] quantum litterae[b] [1].

[a] > (λ). [b] ita λ, + *docent* υ.

[1] i. e.: si respicimus, quantum litterae docent (Loefst. 83).

8 Saturnius dictus, et[a] civitas.

[a] ita λ, om. υ.

Ab ipso primum tabulae et imagines et[a] signatus nummus.

[a] ita Br, *imagine et* λ, *imagine* (sine *et*) υ.

9 Quis enim non caelum ac terram patrem ac matrem[a] venerationis et honoris gratia adpellet.

[a] ita Ad nat. II 12 (p. 119, 22); *caelum aut terram patrem aut matrem* λ, *caelum ac terram matrem ac patrem* υ.

10 quorum genus in incerto est[a].

[a] ita λ (Loefst. 84), *incertum est* υ.

## Cap. 11.

3 Ceterum si nemo est[a], qui deos faceret, frustra praesumitis.

[a] ita λ, *esset* cet.

possidentes scilicet apud se melioris condicionis[a] potestatem.

[a] ita λ, *scilicet melioris condicionis* DE, *scilicet condicionis melioris* A B F G Vindob.

6 principem hominum[a].

[a] ita λ, *hominem* υ.

8 ut fructus novae auctor quia inventor et ostensor[a].

[a] ita (λ) et veteres edd., *quia ostensor* (sine: *inventor et*) cet. Oehler. De rhythmo cfr. c. 13, 6 religio mendicans; 13, 7 haruspice pollinctor.

10. et hinc concedetis[a] opinor.

[a] ita (λ) A (manu secunda) DEF alii codd. et veteres edd., *conceditis* cet. Oehler.

15 quot tamen potiores viros apud inferos reliquistis! aliquem.

16 militarior[a] Scipione.

[a] *militatior* λ.

## Cap. 12.

1 Cesso iam de isto[a].

[a] *istis* (λ) et veteres edd.

Quantum igitur de deis vestris, nomina solummodo video statuasque[a] quorundam veterum mortuorum.

[a] ita Loefst. 85 s., *statuas* λ, om. υ.

2 qui propter ipsos[a] deos plectimur.

[a] > (λ).

6 qui Senecam aliquem pluribus et amarioribus de vestra superstitione perorantem probetis[1].

[1] i. e: 'qui Senecam in libro de superstitione amarissimis verbis vanas vulgi de diis opiniones insectantem probetis'. Cfr. infra c. 46, 4: Quinimmo et deos vestros palam destruunt et superstitiones publicas commentariis quoque accusant *laudantibus vobis*. Esser p. 77 [1].

7 Igitur si statuas et imagines frigidas, mortuorum vestrorum[a] simillimas non adoramus.

[a] ita λ, *suorum* υ; cfr. c. 13, 7: mortuis vestris.

aranei[a] intellegunt.

[a] ita Br *araneae* λ et υ; cfr. Marc. I 14 (p. 308, 10) aranei retia; Pall. c. 3 araneorum.

Possumus autem[a].

[a] ita λ. *enim* υ.

Quod non est, nihil ab eo patitur, qui est[a].

[a] ita λ *nihil ab ullo patitur quia non est* υ.

## Cap. 13.

1 Sed nobis dei sunt inquis[a].

[a] *inquitis* (λ) et veteres edd.

ut quos praesumitis esse, neglegatis, quos timetis, destruatis[a], quos etiam vindicatis, inludatis[b].

[a] ita λ, *ut quos praesumitis esse, neglegitis, quos timetis destruitis* υ.
[b] ita Havercamp, *inluditis* υ.

2 contumelia non potest esse[a].

[a] ita λ, cfr. Loefst. 28, *procedere* υ.

3 Iam[a] contemnitis.

[a] ita λ, *iam ergo* υ.

6 onusti viliores[a].

[a] *vilioris* υ.

9 Cereres et Dianas[a].

[a] *et Dianas* om. λ.

de paedagogiis[a] aulicis.

[a] *paedagogis* λ.

contumeliam a vobis deputabunt.

## Cap. 14.

1 Cum enecta et tabidosa[a] quaeque mactatis.

[a] ifa λ, + *et scabiosa* υ; cfr. Loefst. 87 et Ad nat. I 10 (p. 78, 15): quod enecta et tabida quaeque mactatis.

2 Venerem humana sagitta sauciatam, cum filium suum Aeneam, ne interimeretur, rapere voluisset[a].

[a] ita λ, cfr. Loefst. 87 s., *quod filium suum Aeneam paene interfectum ab eodem Diomede rapere vellet* υ.

4 Hic Apollinem Admeto[a] pascendis.

[a] ita λ, + *regi* υ.

6 Haec neque vera prodi[a].

[a] *neque vero* (*vera* Br) *proinde* λ.

domus alicuius dei praefentur[a] [1].

[a] *praeferantur* λ.

[1] i. e. „zum Gegenstande des Prologs machen“ (Esser 81 [1]); cfr. Adv. Marc. I 1 init.: Ita stilus iste nunc de secundo tertius et de tertio iam hinc primus hunc opusculi sui exitum necessario praefatur.

## Cap. 15.

1 et Iovis mortui testamentum recitatum et tres Hercules famelicos inrisos[a].

[a] Haec omnia desunt in λ.

2 Luget sol filium detractum de caelo[a].

[a] ita λ, *de caelo iactatum* υ.

3 Ipsum quod[a] imago dei vestri ignominiosum[b] caput et famosum vestit.

[a] *Quid quod* (λ) et veteres edd.; sed cfr. Adv. Marc. V 16 (p. 630, 23): *Ipsum quod* ait . . . verbis usus Esaiae et ex ipsa causa, eundem sapit dominum. [b] *ignominiosissimum* (λ) et veteres edd.

8 recognoscendo cessaverunt[a].

[a] cessaverint (λ).

## Cap. 16.

2 et tam de ipsa[a] origine quam de nomine et religione gentis.

[a] ita Loefst. p. 90, cfr. Ad nat. I 11 (p. 81, 1): et tam de ipsa origine quam de nomine religionis; *etiam de ipsa origine* λ, *etiam de ipsa tam origine* υ.

vastis Arabiae in locis et[a] aquarum egentissimis.

[a] ita cum λ Loefst. p. 91 om. υ; cfr. Tac. Germ. 34: ambiunt immensos insuper lacus *et* Romanis classibus navigatos.

7 a plastis de[a] cruce induci. Sed et Victorias adoratis, cum in tropaeis cruces intestina sint tropaeorum[b]. Religio Romanorum[c] tota.

[a] *in* λ. [b] ita υ et Loefst. p. 63, *cum tropaeis intestina sint tropaeorum* λ. [c] om. λ.

10 Sed et plerique vestrum adfectatione aliquando etiam[a] caelestia adorandi ad solis ortum labia vibratis.

[a] ita Feder (Theol. Revue 1916, 361), *et certa* λ, *et* υ; cfr. Ad nat. I 13 (p. 83, 24) adfectatione adorandi aliquando etiam caelestia.

11 alia longe ratione quam de[a] religione solis.

[a] ita λ, om. υ.

## Cap. 17.

2 Ceterum quod videri[a], quod conprehendi.

[a] ita λ, + *communiter* υ.

3 Hoc est quod deum aestimari facit, dum aestimari non capit[1].

[1] Sensus est: 'Ita fit, ut deus aestimari possit, etsi aestimari nequit'. Cfr. de praescr. 42, 6: Et hoc est quod schismata apud haereticos fere non sunt (ita Esser 87 [2]).

4 ex animae ipsius testimonio conprobemus[a].

[a] om. λ.

5 deum nominat, hoc solo nomine, quia proprio dei veri. Deus magnus, deus bonus[a], et.

[a] ita λ (cfr. Rauschen p. 26 s.; Esser p. 88 [2]), *hoc solo quia proprie verus hic unus est, deus bonus et magnus* υ.

## Cap. 18.

2 Viros enim iustitia ac innocentia[a] dignos.

[a] ita (λ) et veteres edd., *iustitiae innocentia* cet. omnes; cfr. c. 46, 2: profitentur innocentiam iustitiam sqn. Vox *innocentia* alias decies in Apologetico legitur, sed nusquam cum genetivo explicativo.

3 quae signa maiestatis suae iudicando[a 1] ediderit per imbres.

[a] ita λ, *iudicantis* A aliique codd. Oehler, *vindicandae* Beat. Rhenanus. Fulv. Ursinus, *iudicandis* F.

[1] i. e. damnando vel puniendo; cfr. c. 14, 5 'fulmine iudicatum' et Oehlerum in Indice.

ut qui prodacto[a] aevo isto iudicaturus sit suos cultores.

[a] ita Havercamp ex coniectura Heraldi, cfr. Adv. Marc. V 6 (p. 589, 3): 'paene iam totis saeculis creatoris prodactis', et De an. 48 (p. 379, 2): 'prodacto sopore'; *peracto* λ Esser, *producto* υ.

4 De vestris sumus[a].

[a] *fuimus* (λ) et veteres edd. et Havercamp.

5 Pisistratum ut[a] opinor, aemularetur.

[a] ita (λ) et veteres edd., *Pisistratorum* A B E G M Vindob. Erfurt. *Pisistratum* (sine *ut*) F Havercamp Oehler.

grammaticorum[a] probatissimi, cui praefecturam mandaverat librorum[b], a Iudaeis quoque postulavit.

[a] ita λ Loefst. p. 93, + *tunc* υ. [b] ita Wendland (Aristeae epistula ad Philocratem, Lips. 1900 p. 126), *libros* cet. omnes.

7 Igitur et litterae hebraeae et eloquium. Sed ne notitia vacaret, hoc quoque a Iudaeis Ptolemaeo rescriptum[a] [1] est.

[a] ita λ Esser, *subscriptum* υ Loefst. p. 93.

[1] Sensus est: Non solum litterae rescriptae, id est transscriptae sunt sed etiam eloquium transscriptum, i. e. in linguam graecam translatum est. Nam *rescribere* apud Tertullianum idem est ac *transscribere*; cfr. Adv. Marc. I 22 (p. 320, 2): 'totum denique creatoris elogium in illum *rescribetur*' cum Adv. Marc. II 10 (p. 348, 3): 'sed et si ab homine in diabolum transscripseris mali elogium'.

## Cap. 19.

3 possum[a] dicere etiam[b] quingentis.

[a] ita λ, *possem* υ. [b] ita λ Lagarde, *etiam dicere* υ.

5 nec arduum, sed interim longum[a].

[a] + *dinumerare* λ, sed cfr. Loefst. p. 69.

adsidendum[a] est.

[a] *asserendum* λ Lagarde Esser. Cfr. Ovid. ars 3, 260: mare cum tumet, auxiliis adsidet ille; Plin. ep. III 5, 19: qui tota vita litteris adsident: sen. ep. 53, 11: huic (philosophiae) adside.

6 advocandi[a] per quos notitia subministrata est.

[a] ita λ, + *municipes eorum* υ.

sed et Hieronymus[a] Phoenix Tyri[b] rex.

[a] *Proemis* λ, *Hieromus* Oehler. [b] *Tyriorum* λ.

7 ut[a] concatenationes temporum.

[a] ita (λ), veteres edd., Havercamp; *aut* υ Oehler.

## Cap. 20.

1 mundus et saeculum et exitus rerum[a].

[a] ita λ Lagarde Loefst. p. 93, om. υ.

2 quod terrae vorant[a] urbes.

[a] vorarant λ.

4 quae cottidie probantur, praedicabantur[a].

[1] Exempla, quae adfert Oehler (I 261 x) ex Tertulliani scriptis ad defendendas lectiones *agnoverunt* — *biberint* — *expaverint*, minus quadrant in hunc locum.

14 Megarenses obsonant quasi crastina die morituri, aedificant vero quasi numquam moriantur[a].

[a] ita λ, *morituri* υ.

16 Cena nostra de nomine rationem sui ostendit: id vocatur, quod[a] dilectio penes Graecos.

[a] *id vocatum quo* λ.

sed qua penes deum maior est contemplatio mediocrum[a].

[a] ita $A_1$, quod rhythmo commendatur *mediocrium* $A_2$.

17 Si honesta causa est convivii, reliquum ordinem disciplinae de causa aestimate, quod[a] sit.

[a] *quid* (λ).

18 Ita saturantur, ut[a] meminerint[b], etiam per noctem adorandum sibi deum esse; ita fabulantur, ut qui sciant deum[c] audire.

[a] ita λ, *ut qui* υ. [b] ita etiam (λ). [c] ita λ, *dominum* υ.

19 Inde disceditur . . . nec in inceptiones[a] lasciviarum.

[a] ita λ, *in eruptiones* υ. Vox *inceptio* etiam Adv. Marc. V 14 (p. 626, 13) et Adv. Hermog. 19 (p. 147, 6) legitur.

20 Haec coitio christianorum merito sane inlicita, si inlicitis par, merito damnanda, si non dissimilis damnandis[a] si quis de ea queritur eo titulo, quo de factionibus querela est.

[a] ita λ, verba *si non dissimilis damnandis* desunt υ.

## Cap. 40.

1 omnis popularis incommodi a primordio temporum[a] christianos esse in causa[b].

[a] ita Havercamp Rauschen p. 133 Loefst. p. 115, *in primordio temporum* λ, > υ. [b] ita λ Loefst. p. 114 *in causam* υ.

2 si Nilus non adscendit in rura[a], si caelum stetit, si terra movit, si fames, si lues, statim: Christianos ad leonem! inclamant[b].

[a] ita λ Loefst. p. 48, *in arva* υ. [b] ita λ Loefst. p. 49, *adclamatur* υ.

3 quantae clades orbem et urbem[a] ceciderunt? Legimus Hieran, Anaphen et Delon[b].

[a] ita (λ) BDG et G. Botti in: Bollettino di filologia classica, Torino 1914 Nov. p. 115; *urbes* AE Oehler. [b] *legimus Hienarranda penes Delon* λ.

6 ipsae urbes, in quibus nati moratique[a] sunt, etiam quas condiderunt; neque enim alias in[b] hodiernum manerent.

[a] ita λ Esser Loefst., cfr. Ad nat. I 9 (p. 73, 25): in quibus nati morati et sepulti sunt; *nati mortuique* υ. [b] *illae in* λ, alias (sine: *in*) υ, cfr. Ad nat. l. l.: non alias enim superfuissent ad hodiernum.

8 Sed nec Tuscia iam[a] atque Campania.

[a] ita λ, *iam tunc* υ, cfr. supra 7: nec iam illic christianae sectae origo consederat.

cum Hannibal apud Cannas Romanos[a] anulos, caedes suas[b], metiebatur.

[a] ita λ, *per Romanos* υ. [b] *caede sua* λ.

9 cum ipsum Capitolium Senones occupaverunt[a].

[a] ita Rhenanus Gelenius Loefst. p. 115, *occupaverant* υ Oehler.

ut iam et hoc[a] revincam non ab eis evenire, quia et ipsis evenit[b].

[a] ita λ Esser 148[5], *iam hoc* υ. [b] *non ab his evenire, quia et ipsis similia evenerunt* λ.

10 quem cum intellegeret ex parte, non requisivit[a], sed et alios sibi citius[1] commenta[b][2], quos coleret.

[a] *non solum non requisivit timendum* λ. [b] ita λ, *sed et alios sibi insuper commentata* υ et Loefst. 116[2].

[1] *citius* = *potius*, ut saepe apud Tertullianum, ex. gr. De pudic. 1, 9; 10, 7; 15, 11. [2] comminisci i. e. cogitando invenire.

12 Illius rea est, cuius et ingrata[a][1].

[a] υ et Loefst. p. 68 (qui ut melius proponit: *cuius* ingrata), *cuius bonis ingrata est* λ.

[1] De adiectivo ingratus c. gen. cfr. Hoppe, Syntax p. 23.

13 ex quo christianos a deo orbis accepit; exinde[a] enim.

[a] ita λ, *ex eo* υ; cfr. Adv. Herm. 18 (p. 146, 1): sine initio non fuit, exinde nata et condita, ex quo; Adv. Marc. III 21 (p. 413, 2): exinde vocatis omnibus populis in regno eius, ex quo deus regnavit a ligno.

14 nudipedalia populo denuntiant[1], caelum apud Capitolium

[1] Petronius c. 44, 18 (ed. Buecheler): Antea stolatae ibant nudis pedibus in clivum, passis capillis, mentibus puris, et Iovem aquam exorabant. Tert. de iei. 16 (p. 295, 24): nudipedalia denuntiantur, magistratus purpuras ponunt, fasces retro avertunt, precem indigitant, hostiam instaurant.

quaeritis, nubila de laquearibus[1] exspectatis, aversi ab ipso et deo et caelo. 15 Nos vero ieiuniis aridi et omni continentia expressi, ab omni vitae fruge dilati[2], in sacco et cinere volutantes invidia[a] caelum tundimus[3], deum tangimus et cum misericordiam extorserimus, Iuppiter honoratur[b].

[a] *inedia* Esser p. 150 [2]. [b] *Iuppiter honoratur a vobis, deus neglegitur* λ Esser 150 [3].

[1] i. e. templorum. [2] i. e. omni vitae fructu cultuque exclusi. [3] Statius silvae V 5, 77: Nonne horridus ipsos | invidia superos iniustaque tartara pulsem? Stat. Theb. IX 722: Et nunc illa meas ingentem plangit ad aras | invidiam. Carmen Sodoma v. 21 (s. Cypriani op. ed. Hartel III 290): Pulsabant caelum invidia conubia monstra. Itaque non est cur cum Essero scribamus loco nostro 'inedia' pro 'invidia' et cum Reifferscheidio in libro Tertulliani De ieiunnio c. 16 (p. 296, 1) '*invidiam* supplicem obiciunt' mutemus in '*inediam* supplicem obiciunt'.

## Cap. 41.

1 Vos igitur inportuni rebus humanis, vos[a] publicorum incommodorum inlices[1] semper, apud quos deus spernitur, statuae adorantur. Utique enim credibilius[b] haberi debet.

[a] ita λ, + *rei* υ. [b] ita λ Rauschen p. 69, *Etenim credibilius* υ.

[1] inlex = inlecebra; cfr. De paen. 9: inlices misericordiae.

aut[a] ne[1] illi iniquissimi, qui[b] propter christianos.

[a] *sed* λ. [b] ita λ, *si* υ.

[1] ne = profecto.

2 Hoc, inquitis, et in deum vestrum repercutere est, qui et ipse patitur[a].

[a] ita λ, *si quod et ipse patiatur* υ Oehler.

3 et indulgens et incessens[a].

[a] ita etiam Loefst. p. 50.

4 Qui autem ita discimus[a] apud ipsum, diligimus lenitatem.

[a] ita λ, *Quia haec ita didicimus* υ.

plagae nobis, si forte, in admonitionem a deo obveniant[a] vobis in castigationem[b].

[a] *obveniunt* λ. [b] ita λ, *nobis, si forte, in admonitionem, vobis in castigationem a deo obveniant* υ.

5 vestris id[a] meritis deputatur.

[a] ita λ, > υ.

6 Iam vero si[a] ab eis, quos colitis[b], omnia vobis male veniunt[c] nostri causa, quid colere[d] perseveratis tam ingratos, tam iniustos, qui magis vos in dolorem[e] christianorum iuvare et adserere debuerant[f].

[a] ita λ, *sin vero* υ. [b] *ab his molitis* λ. [c] ita λ, *mala veniunt* υ. [d] ita υ, *cur colere eos* λ. [e] ita (λ) D et veteres edd., *in dolore* cet. [f] + *quos separare deberent de meritis christianorum* υ.

## Cap. 42.

1 Sed alio adhuc[a] iniuriarum titulo postulamur: et infructuosi negotiis[b] dicimur.

[a] ita λ Loefst. p. 51, *quoque* υ. [b] ita etiam Loefst. l. l.

2—3 cohabitamus hoc saeculum[a]. Navigamus et nos vobiscum et vobiscum[b] militamus et rusticamur et mercamur[c], proinde miscemus artes[1], operas nostras[d] publicamus[2] usui vestro[3].

[a] ita etiam Loefst. p. 52. [b] ita λ, > υ. [c] ita (λ) DG et veteres edd., *mercatus* ABEF aliique codices Havercamp Oehler. [d] ita λ, *opera nostra* υ.

[1] i. e. communiter exercemus; cfr. De praesc. haer. 27, 5: iura miscent, et 41, 3: pacem quoque passim cum omnibus miscent. [2] i. e. publice offerimus. [3] Oehler ita verba coniungit: 'et mercatus proinde miscemus, artes, operas nostras publ. usui vestro'.

4—5 nescio. Etsi[a] ceremonias tuas non frequento, attamen et illa die homo sum. Non lavo sub noctem[b] Saturnalibus, ne et noctem et diem perdam; sed lavo et debita hora[c] et salubri.

[a] ita λ, *non scio sed si* υ. [b] ita λ Esser p. 152[1] Loefst. p. 115, *lavor diluculo* υ. [c] ita λ Rauschen p. 70 Loefst. p. 115 s., *lavor honesta* υ.

6 puto gratius[a] liberis et solutis et undique vagis.

[a] ita λ, + *esse* υ.

nos coronam naribus novimus[a].

[a] *vos enim non novimus* λ; cfr. Loefst. p. 116[2].

7 quae tamen apud illos coetus venditantur[a] si desideravero, liberius de suis[b] locis sumam.

[a] + *quod ego* λ. [b] ita ego, *de suis de propriis* λ, *de propriis* υ, *de suis propriis* Esser.

9 Sed et cetera vectigalia laeduntur[1]. Sufficit si[2] cetera gratias christianis agunt[a] ex fide dependentibus debitum, cum[b] alieno fraudando abstinemus, ut si ineatur quantum publico[c] pereat fraude et mendacio vestrarum professionum, facile ratio haberi possit unius speciei querela conpensata[d] pro ceterarum rationum securitate[e].

[a] ita λ Rauschen p. 11 Esser p. 154[1]; in ceteris codicibus et editionibus omnibus verba: *Sed et cetera vectigalia laeduntur* desunt et sequentia ita leguntur: *Sed cetera vectigalia gratias christianis agent,* quod etiam Loefstedt p. 116 defendit. [b] ita λ, *qua* υ. [c] ita λ, *vectigalibus* υ. [d] *conpensato* λ. [e] ita λ Esser Loefst. p. 117, *pro commodo ceterarum rationum* υ.

[1] Haec verba gentilium sunt. [2] Locutio 'sufficit si' apud Tertullianum legitur etiam his locis: Adv. Marc. II 19 (p. 361, 1); II 26 (p. 372, 15); V 17 et 18 (p. 634, 25 et 641, 9).

## Cap. 43.

1 conqueri possunt[a].

[a] ita λ, *possint* υ.

2 cum aliquo utique[a] praesidio.

[a] ita λ, > υ.

Quanti habetis, non dico iam qui[a] de vobis daemonia discutiant[b]; non dico iam qui pro vobis quoque vero deo preces fundant[c], sed a quibus nihil timere possitis?

[a] ita λ, *qui iam* υ. [b] ita λ, *excutiant* υ. [c] ita λ, *sternant* υ.

## Cap. 44.

1 At enim illud detrimentum reipublicae tam verum, tam grande[a] nemo circumspicit.

[a] ita λ, *tam grande quam verum* υ; cfr. c. 23, 19 tam fructuosos tam officiosos; c. 41, 1 tam ingratos tam iniustos.

2 aut lavantium praedo idem etiam[a] christianus adscribitur? Proinde[b 1] cum christiani suo titulo offeruntur, quis ex illis etiam[c] talis, qualis etiam notatur nomine[d 2]?

[a] ita λ, *praedo quis ex illis* υ. [b] Aut cum υ. [c] *nisi* Esser. [d] ita λ, *talis quales tot nocentes* υ.

[1] i. e. perinde, aeque. [2] i. e.: Quis ex illis, qui ut christiani in ius vocantur, etiam eorum facinorum reus est, quibus notari solent christiani? Cfr. supra c. 2, 20: Denique quid de tabella recitatis illum christianum? cur non et homicidam, si homicida christianus? cur non et incestum?

## Cap. 45.

2 Vobis autem humana aestimatio[a] innocentiam tradidit.

[a] doctrina λ.

Quanta prudentia hominis ad demonstrandum quid vere bonum, tanta[a] auctoritas ad exigendum.

[a] ita λ Rauschen p. 70 s. Esser p. 156[1], *Tanta est prudentia hominis ad demonstrandum bonum quanta* υ.

3 Atque adeo quid plenius dictum est[a]: Non occides, an vero[b]: Ne irascaris quidem?

[a] ita λ Esser p. 156[2], *dicere* υ. [b] ita λ, *docere* υ.

4 Dum tamen sciatis ipsas leges quoque vestras, quae videntur ad innocentiam pergere, de divina lege ut antiquiore formam[a] mutuatas[b 1]; diximus iam de Moysi aetate.

[a] ita BD Latinius Havercamp, *ut antiquiore forma* A Oehler, *ut antiquiorem formam* λ. [b] *mutatas* λ (secundum Havercamp et Waltzing, secundum Oehler *mutuatas*).

[1] Verba et *mutuare* et *mutuari* apud Tertullianum leguntur (mutuare Adv. Val. c. 10 p. 188, 13; mutuari Adv. Marc. III 7 p. 386, 6 et Apol. c. 21, 12).

5 ex voluntate vel necessitate[a].

[a] ita λ, + *delinquenti* (*delinquendi* A) υ.

6 Recogitate[a] [1] etiam pro brevitate supplicii.

[a] ita λ Esser p. 157 [1], + *ea* υ, + *eam* Kellner.

[1] supple: quanta sit auctoritas legum humanarum.

7 et pro scientiae[a] plenitudine et pro latebrarum difficultate et pro magnitudine cruciatus, non diuturni, verum sempiterni, eum[b] timentes, quem timere debebit et[c] ipse qui[d] iudicat, deum non proconsulem timentes.

[a] ita (λ) et edd. omnes, *prospientiae* $A_1$, *prospicientiae* $A_2$ et υ. [b] *verumtamen semper ternum deum* λ. [c] > λ. [d] ita λ Loefst. p. 118, + *timentes* υ.

## Cap. 46.

1 Exsistat[a], qui[b] nos revincere audebit, non arte verborum, sed eadem forma, qua probationem constituimus[c]? De veritate debebit reniti[d], sed dum tamen[e] unicuique manifestetur[f] veritas nostra[1]. 2 Interim incredulitas, dum de bono sectae huius obducitur[2], quod usui[3] iam et de commercio innotuit, non utique divinum negotium existimat[g].

[a] ita λ Havercamp Esser p. 158 [1], > υ. [b] ita λ AEFG Vindob. Erfurt. Oehler, *quis* BD. [c] Hoc loco interpungo, ceteri post verba 'de veritate' signum interrogationis ponunt. [d] ita Rigaltius, *debebit renidi* λ: verba *debebit reniti* desunt υ. [e] ita λ, > υ. [f] ita FG Vindob., *manifestatur* υ; cfr. supra c. 45, 4: dum tamen sciatis. [g] *existimatis* λ.

[1] Sensus est: Qui nos refutare audebit, non arte verborum, sed de veritate rem gerat; sed hoc facere nequit, nisi licet unicuique veritatem christianam manifestare, quae adhuc de solo commercio et inde innotuit, quod religio christiana ad bonum commune utilis est (Esser p. 158, 1). [2] i. e. convincitur. [3] i. e. utilis est.

3 Cur ergo quibus comparamur de disciplina, non proinde adaequamur de licentia et immunitate disciplinae[a]? vel cur et illi, ut[b] pares nostri.

[a] ita λ (ubi *diligentia* pro *de licentia* legitur), *non proinde illis adaequamur ad licentiam inpunitatemque disciplinae* υ. [b] *et illud* λ.

5 Nomen hoc philosophorum daemonia non fugiunt[a].

[a] ita λ Rauschen p. 71 Loefst. p. 118, *fugat* υ.

Idem et qui[a] aliquid de veritate sapiebat deos negans, Aesculapio tamen gallinaceum prosecari iam in fine mandabat[b].

[a] ita λ, *cum* υ. [b] ita λ Loefst. p. 52, *iubebat* υ; cfr. Ad nat. II 2 (p. 96, 18): Idem Aesculapio gallinaceum secari quasi certus iubebat.

7 Quam[a] et inlusores et contemptores[b].

[a] *Qua* (λ) et edd. veteres et Havercamp. [b] ita λ, *quam inlusores et conruptores* υ.

8 totum, quod in deo[a] quaeritur.

[a] ita (λ) Havercamp, *in deum* υ Oehler.

10 Ceterum si de pudicitia provocemur[a].

[a] ita (λ) F et veteres edd., *provocemus* cet. omnes; cfr. infra no. 13: si de probitate defendam.

Christianus ad sexum[1] nec femina mutat[a][2].

[a] ita ego, *nec feminae mutat* λ, *sexum nec femineum mutat christianus* υ.
[1] i. e. ad concubitum; cfr. De carnis res. 61 (p. 122, 20): pigrior sexus; Ad ux. II 3: officia sexus. [2] nostrum: mit der Frau wechseln. Verbum *mutare* a Tertulliano saepe cum ablativo coniungitur; supra c. 20, 2: sublimes humilitate mutantur; De carnis res. 57 (p. 117, 26): si famulum tuum libertate mutaveris.

Diogenis supra recumbentis[a].

[a] *recubantis* (λ) BD et veteres edd.

14 Si de aequanimitate[a] congrediar.

[a] *De animi aequitate* (λ).

15 Idem Aristoteles tam indecore[a] Alexandro, regendo[b] potius, adulatur, quam Plato a Dionysio[c] ventris gratia venditatur.

[a] ita λ, *turpiter* υ. [b] *regi* λ. [c] *Dionysio* (sine *a*) λ.

17 Desinunt tamen[a] christiani haberi penes vos.

[a] *tunc* (λ) E aliique codd. et veteres edd., fortasse rectum.

18 Adeo quid simile philosophus et christianus, Graeciae discipulus et caeli, famae negotiator et[a] vitae, verborum et

[a] + *salutis* λ.

factorum operator, errorum[b] aedificator et destructor[c], veritatis interpolator[d] et integrator[e], furator[f] eius et custos?

[b] ita Esser p. 162 [3], *et rerum* cet. omnes. [c] ita λ, + *amicus et inimicus erroris* υ. [d] *et interpolator erroris* λ; cfr. De praescr. haer. 7, 8: adfectratricem et interpolatricem veritatis; De an. 16 (p. 323, 6): et frumentariae segetis nocturnum interpolatorem (i. e. corruptorem). [e] ita Esser (l. l.), + veritatis λ, + *et expressor et* υ. [f] ita λ Esser.

## Cap. 47.

1 Antiquior omnibus veritas, nisi fallor[a], et hoc[b] [1] mihi proficit antiquitas praestructa divinae litteraturae[2], quo facile credatur[3] thesaurum eam fuisse posteriori cuique sapientiae[4]. Et si non onus iam voluminis temperarem, excucurrissem[c] in hanc[d] quoque probationem[5].

[a] Verba: *antiquior — fallor* in λ desunt. [b] *adhuc enim* (pro *et hoc*) λ. [c] ita λ, *excurrerum* υ; cfr. Hoppe, Syntax p. 69 s. [d] λ habet *hac* (Oehler) vel *haec* (Waltzing).

[1] *hoc* est accusativus; cfr. c. 50, 13 nec quicquam tamen proficit . . . crudelitas vestra. [2] Cfr. supra c. 19. [3] i. e.: damit man um so leichter einsehe. [4] Exeunte capite 56 Tertullianus scripserat philosophos veritatem furatos esse, christianos vero eam custodire. Hanc sententiam probat dicendo: a) generatim veritas antiquiorem esse errore (idem legitur c. 47, 14 in.), b) supra (c. 19) se ostendisse, divinam litteraturam veteris testamenti vetustiorem esse litteratura Graecorum. [5] Iam c. 19, 8 de hac probatione scripserat: 'Verum differre praestat' squ. Auctor Fragmenti, quod dicitur, Fuldensis eam probationem pluribus exsequitur.

2 Quis poetarum, quis sophistarum[1], qui non omnino[a].

[a] > λ.

[1] Sophista non idem est ac philosophus; cfr. Adv. Valent. c. 5: ut Iustinus philosophus et martyr, ut Miltiades ecclesiarum sophista; De idol. c. 9: Post evangelium nusquam invenias aut sophistas aut Chaldaeos aut incantatores aut coniectores aut magos, nisi plane punitos. De ieiunio c. 1: Circa somnium regis Babylonis omnes turbantur sophistae. Sophistae igitur sunt apud Tertullianum maxime rhetores et magi et philologi.

Inde igitur et[a] philosophi sitim igenii sui rigaverunt, ut quae de nostris habent, ea nos conparent illis[b]. Inde, opinor, et a quibusdam philosophia legibus[c] quoque eiecta est.

[a] ita λ, > υ. [b] ita υ Rauschen Loefst. p. 71; *Num quia quaedam de nostris habent ea propter nos conparent illis* λ. [c] ita λ, > υ.

3 Dum ad nostra conantur, sed[a] homines gloriae.

[a] ita λ, *et* υ.

pro instituto curiositatis ad propria opera[a] verterunt.

[a] ita etiam A et (λ), *ad propria* Havercamp.

5 Inventum enim solummodo deum[a] non ut invenerant disputaverunt, ut et de qualitate et de natura eius et de sede disceptent. 6 Alii incorporalem adseverant, alii corporalem[b], qua Platonici et Stoici[c]; alii ex atomis, alii ex numeris, qua Epicurus et Pythagoras; alius ex[d] igni, qua Heraclito visum est[e]; et Platonici quidem curantem rerum[f], contra Epicurei otiosum et inexercitatum[g] et, ut ita dixerim neminem in rebus humanis[h] [1].

[a] + *nostrum* λ. [b] *alii corporalem* > λ, cfr. Rauschen p. 71 s. [c] *ut tam Platonici quam Stoici* υ. [d] > λ. [e] > λ. [f] *et Platoni et quidem curantem rerum factorem et actorem rerum* λ. [g] ita λ Loefst. p. 119, *inexercitum* υ. [h] ita λ Loefst. l. l., humanis rebus (sine *in*) υ.

[1] Ad nat. II 2 (p. 96, 4): Invento enim solummodo deo non ut invenerunt exposuerunt, ut de qualitate eius et de natura, etiam de sede disceptent: Platonici quidem curantem rerum et arbitrum et iudicem, Epicurei otiosum et inexercitum et, ut ita dixerim, neminem.

8 ut quis sensit, ita aut intulit quid aut[a] reformavit.

[a] *ita et intulit aut* υ.

9 Nec mirum, si vetus instrumentum ingenia philosophorum inverterunt. Ex horum semine et[a] nostram hanc novitiolam paraturam variis quibusdam[b] suis opinionibus.

[a] ita (λ) D E aliique codd. et veteres edd., *etiam* A B F G Oehler. [b] ita λ, *viri quidam* υ.

Quod ideo suggerimus[a], ne cui nota varietas sectae huius in hoc quoque nos philosophis aequare[b] videatur et[c] ex varietate.

[a] ita λ, *suggesserim* υ. [b] ita λ, *adaequare* υ. [c] ita etiam (λ).

11 quae de similitudine fidem infirmarent veritatis vel eadem[1] sibi potius fidem raperent[a].

[a] ita λ, *vel eam sibi potius evincerent* υ.

[1] i. e. similitudine.

12 Itaque ridemur praedicantes[a] deum iudicaturum.

[a] *praeiudicantes* λ.

Et gehennam[a] si comminemur, quae est ignis arcani subterraneus ad poenam thesaurus . . . ad[b] mortuos amnis est.

[a] *gehennae* λ. [b] ita λ, Esser p. 167 [3], *apud* υ.

13 Et si paradisum[1] nominemus, locum divinae amoenitatis recipiendis sanctorum spiritibus destinatum, maceria quadam igneae illius zonae[2] a notitia orbis communis segregatum, Elysii campi fidem occupaverunt.

[1] *De paradiso* Tertullianus fusius agit De Res. carnis c. 43, De an. c. 55, Scorp. c. 12. Ex his locis conligitur paradisum ex sententia eius esse locum *superterraneum* (non subterraneum, ut putat Oehler), in quem Christus iustos veteris testamenti introduxit, in quem intrant martyres statim post mortem, ceteri vero iusti in fine demum temporum venient.
[2] Haec maceria igneae zonae est caelum igneum seu stellatum, non Pyriphlegeton, ut putabat Oehler.

14 Si de nostris sacramentis, ut de prioribus[a].

[a] *ut de proprioribus* λ Esser p. 167 [4].

## Cap. 48.

1 Ut etiam ab animalibus sit abstinendum[a], propterea persuasum quis habeat.

[a] ita λ, *etiam* ab animalibus *abstinendi* υ.

statim illic vesica[1] quaeritur et[a] lapidibus magis, nec saltim coetibus[b] a populo exigetur.

[a] ita λ (Havercamp: *queritur*, Wohleb: *vel sica*), *statim . . . quaeritur et* > υ. [b] ita υ, cfr. Adv. Marc. IV 39 (p. 553, 19): lapidationem popularibus coetibus et inermi tumultui familiarem; quod in λ legitur: *saltem copiis* fortasse rectum est; *caedibus* DE et veteres edd.

[1] i. e. urina vel commingendo; cfr. De spect. c. 21 (p. 22, 3): necessitate vesicae tunicam levet (Esser p. 168 [2]).

2 Quasi non, quaecumque ratio praeest[1] animarum humanarum in corpora reciprocandarum, ipsa exigat illas in eadem corpora revocari, quia hoc sit revocari, id est, esse quod fuerant. Nam si non id sunt, quod fuerant, id est, humanum et id ipsum corpus indutae, iam non ipsae erunt quae fuerant. Porro quae iam non erunt ipsae, quomodo redisse dicentur? Aut aliud factae non erunt ipsae, aut manentes ipsae non erunt aliunde[a] [2].

[a] ita λ Esser p. 169[2]; υ ita: *Si quaecumque ratio praeest animarum humanarum reciprocandarum in corpora, cur non in eandem substantiam redeant, cum hoc sit restitui id esse quod fuerat? Iam non ipsae sunt quae fuerant, quia non potuerunt esse quod non erant, nisi desinant esse quod fuerant.*

[1] i. e. praesto est; cfr. De carne Christi c. 17: Ante omnia autem commendanda erit ratio, quae praefuit, ut dei filius de virgine nasceretur.
[2] i. e. ex re alterius generis ortae.

3 Sed de nostra magis defensione[1], qui proponimus certe utique dignius credi, hominem ex homine rediturum, quemlibet[a] pro quolibet, dum hominem, ut eadem qualitas animae in eandem[b] restauretur, etsi non effigiem, certe conditionem[c].

[a] *qui et* λ. [b] *in eadem* λ. [c] ita λ Esser p. 171[1], *in eandem restauraretur conditionem, etsi non effigiem* υ.
[1] supple: facimus.

4 Sed[a] quia ratio restitutionis.

[a] ita λ Esser p. 171[2], *certe* υ.

et, quod[a] omnino de iudicio dei pati debent, animae non sine carne meruerunt[1].

[a] > λ.
[1] Vertendum est: und andererseits die Seelen das, was sie nach dem Gerichte Gottes durchaus leiden müssen, nicht ohne das Fleisch verschuldet haben.

5 Considera temetipsum, o homo, et fidem[a] rei invenies.

[a] *temetipsum, homo es, fidem* λ.

6 Nihil ergo novi[a] tibi eveniet; qui non eras, factus es, et iterum cum non eris, fies[b].

[a] ita λ, *quid novi* υ. [b] ita λ Esser p. 172[1], *cum iterum non eris fies* υ.

7 Dubitabitur, credo, de dei viribus, qui tantum corpus hoc mundi de eo, quod non fuerat, non minus quam de morte vacationis et inanitatis inposuit[1], animatum spiritu omnium[a] animatore[2], signatum et per[b] ipsum humanae resurrectionis exemplum in testimonium nobis[c].

[a] ita λ Esser p. 172[2], + *animarum* υ. [b] ita λ Esser l. l., > υ. [c] ita (λ) D et veteres edd., *voli* υ.

[1] i. e. condidit; cfr. De pallio 1: ubi moenia Statilius Taurus inposuit. [2] Gen. 1, 2; Tert. apol. 21, 11.

9 Tu homo, tantum nomen, si intellegas te vel de titulo Pythiae discens[a], dominus omnium morientium et resurgentium, ad hoc morieris, ut pereas? Resurges[b], ubicumque resolutus fueris; quaecumque te materia destruxerit, hauserit absorperit[c], in nihilum redegerit[d], reddet[e]. Eius est nihilum ipsum cuius est totum.

[a] *disces deum* λ, *Pythii discens dei* Esser. [b] ita Esser, resurgas λ, > υ. [c] ita λ, *aboleverit* υ. [d] ita λ, *prodegerit* υ. [e] ita λ, + *te* υ.

10 Ergo, inquitis, semper moriendum erit et semper resurgendum? Si ita rerum dominus destinasset, ingratis[1] experireris condicionis tuae legem. At nunc non aliter destinavit quam praedicavit. 11 Quae ratio . . . ut omnia[a] aemulis substantiis sub unitate constarent, ex vacuo et solido . . . eadem aevum quoque ita distincta[b] conditione conseruit[c], ut prima haec[d] pars.

[a] ita υ, + *ex* λ. Verbum constare (= bestehen) in Apologetico numquam cum *ex* coniungitur, saepe vero cum solo ablativo, ex. gr. 21, 22; 25, 12 et 14; 39, 4 et 16. [b] ita λ, *destinata distincta* υ, *destinata et destincta* Oehler. [c] *conservatur* λ. [d] autem λ.

[1] i. e. invitus.

12 tunc restituetur omnium hominum[a] genus ad expungen-

[a] ita λ, *omne humanum* υ.

dum[1], quod in isto aevo boni seu mali meruit, et exinde pendendum in inmensam aeternitatis perpetuitatem.

[1] expungere i. e. persolvere (voll ausbezahlen); cfr. De corr. 1: Liberalitas praestantissimorum imperatorum expungebatur in castris.

13 Ideoque nec mors nec[a] rursus ac rursus resurrectio, sed erimus idem qui nunc, nec alii post, dei quidem cultores apud deum semper[b].

[a] > λ. [b] ita υ Loefst. p. 64, > λ.

profani vero et qui non integri[a] ad deum in poenam[b] aeque iugis ignis, habentes ex ipsa natura eius[1], divina scilicet subministratione[c], incorruptibilitatem[d].

[a] ita aliquot codd. Pamelii, *profani vero et non integri ad deum* λ, *profani vero et qui non integre ad deum* υ. [b] ita λ, *in poena* υ. [c] ita λ, *divinam scilicet subministrationem* υ. [d] ita Esser p. 175[1], *incorruptibilitatis* cet. omnes.

[1] i. e. ignis. De natura ignis infernalis agit fusius in no. 14 et 15.

14 Ita longe alius est ignis[a].

[a] ita λ, > υ.

Non enim absumit quod exurit, sed dum erogat[1] reparat. 15 Adeo manent montes semper ardentes, et qui de caelo tangitur, salvus est, ut nullo iam igni decinerescat[2]. Hoc[a] erit testimonium ignis aeterni.

[a] ita λ, *et hoc* υ.

[1] Verbum *erogare* (= absumere, interficere) familiare est Tertulliano (Oehler in Indice). [2] Heinze (Tert. Apologeticum p. 479): 'Tertullian kann nichts anderes gemeint haben, als was die Worte sagen: wer vom Blitz getroffen ist, dessen Leib ist feuerfest.' Aliter Minucius Felix (Oct. 35): 'Sicut ignes fulminum corpora tangunt nec absumunt'. Secundum Plutarchum (qu. c. IV 2, 3) corpora fulmine icta nec putrescunt nec a bestiis comeduntur; secundum Plinium (nat. h. II 145) hominem ita examinatum cremari fas non erat.

## Cap. 49.

2 Falsa nunc sint, quae tuemur[a], et merito praesumptio.

[a] ita (λ) et veteres editiones et Havercamp, *tuentur* υ; cfr. c. 6, 10: ipsum adhuc quod videmini fidelissime tueri a patribus traditum.

3 Itaque non expedit falsa dici nec inepta haberi, quae expedit vera praesumi. Porro[a] [1] nullo titulo damnari licet, quae prosunt omnino[b]. In vobis itaque praesumptio est haec ipsa, quae damnat utilia. Proinde nec inepta esse possunt; certe etsi falsa et inepta, nulli tamen noxia. Nam et multis aliis similia, quibus nullas poenas inrogatis in eiusmodi accusatis et inponitis ut noxiis[c] [2]. 4 Aeque enim, si utique, inrisui[d] iudicandum[3] est, non gladiis et ignibus.

[a] ita ego, *proinde* λ, > υ. [b] ita (λ) D et veteres edd., *licet omnino quae prosunt* υ. [c] ita ego; *inrogatis in eiusmodis* (i. e. *eiusmodi*) *accusatis et inpunitis ut noxiis* λ et Esser p. 176[1], qui tamen pro *noxiis* proponit innoxiis; *inrogatis, vanis et fabulosis, inaccusatis et inpunitis ut innoxiis* υ; *inrogatis inaccusatis et inpunitis ut innoxiis* Loefst. p. 119s. [d] ita Esser l. l.; *aeque enim si utique inrisum* λ; *sed in eiusmodi enim si utique* υ; *atque in eiusmodi enim si utique inrisui* Loefst. l. l.

[1] i. e. at, atquin; cfr. Hoppe, Syntax p. 113. [2] Sensus est: Doctrina christianorum multis aliis similis est, quibus poenas non rogatis vel postulatis, si eiusmodi homines accusati sunt, et nullas poenas inponitis ut noxiis. [3] i. e. damnandum; cfr. Scorp. 10: despectui iudicata.

5 Cum vero quod in me potes, nisi velim, non posses[a], iam meae voluntatis est . . . consecutis nobis quod elegimus[b].

[a] ita λ, *potes* υ. [b] *eligimus* (λ) et veteres edd.

## Cap. 50.

1 Plane volumus[a], verum eo more, quo et bellum[b]. 2 Nemo quidem[c] libens patitur, cum.

[a] ita λ, + *pati* υ. [b] ita λ, + *miles* υ. [c] *quippe* (λ) DE et veteres edd.

3 Sed occidimur! Certo[a] cum obtinuimus. Ergo vincimus[b], cum occidimur; denique evadimus cum obducimur[1]. Licet nunc et[c] sarmentarios.

[a] ita λ Esser p. 178[2], *sed obducimur certe* υ. [b] ita λ, *vicimus* υ. [c] ita λ, > υ.

[1] Verbum *obducere* significat: a) convincere, refellere, b) violare, laedere, c) adducere contra aliquem; cfr. Du Cange, Glossarium et Rönsch, Itala und Vulgata, 2. ed. p. 387.

4 Merito itaque victis non placemus, merito[a] desperati et perditi existimamur; sed haec desperatio et perditio penes vos in causam[b] gloriae et famae vexillum virtutis extollunt.

[a] ita λ, *propterea enim* υ. [b] ita λ (= für die Sache), *in causa* υ.

5 Empedocles totum sese[a] Aetnaeis incendiis donat[b]: o vigor mentis! Aliqua Carthaginis conditrix rogo[c] secundum matrimonium evadit[d]: o praeconium castitatis et pudicitiae[e]!

[a] ita λ, + *Atheniensium* ADEFG, + *Catanensium* cet. codd. et Oehler; cfr. Callewaert, La valeur du codex Fuldensis 1912 p. 3 et Loefst. p. 26s. [b] ita λ, *donavit* υ. [c] ita λ, + *se* υ. [d] ita λ, *dedit* υ. [e] ita λ Loefst. l. l., *et pudicitiae* > υ.

6 Anaxarchus cum in exemplum[a] tisanae pilo contunderetur[1]: tunde tunde, aiebat.

[a] ita λ Esser p. 180[1], *in exitum* υ.

[1] i. e.: Als Anaxarchus zum abschreckenden Beispiele mit dem Stößer eines Gerstenmörsers zerstampft wurde (Esser). Vox *exemplum* saepe significat: Beispiel zur Warnung oder Abschreckung, Strafexempel (Brix ad Plaut. capt. 688; Spalding ad Quint. IV 1, 7).

8 Attica[a] meretrix carnifice iam fatigato postremo linguam suam comesam in faciem tyranni saevientis exspuit[b], ut expelleret[c] et vocem, ne coniuratos confiteri posset, etiamsi[d] victa voluisset.

[a] + *quaedam* λ. [b] *expellit* ABFG Vindob. [c] ita λ, *exspuerit* υ. [d] ita λ, *si etiam* υ. Ad nat. I 18 (p. 90, 8): Sed et tormenta mulier Attica fatigavit tyranno negans, postremo, ne cederet corpus et sexus, linguam suam pastam exspuit.

9 Zeno Eleates . . . cum respondisset: impassibilem fieri[1], flagellis tyranni subiectus[a] sententiam suam ad mortem usque signabat.

[a] ita λ, *respondisset: contemptum mortis, inpassibilis flagellis tyranni obiectus* υ.

[1] ἀπάθεια.

Certe Laconum flagella sub oculis etiam hortantium propinquorum acerbata[a].

[a] *acerba* λ: Ad Valent. 32 (p. 208, 21): ne Fortuna acerbetur.

10 O gloriam licitam, quia humanam[a].

[a] *humana* λ; cfr. supra c. 30, 4: manibus expansis quia innocuis.

cui tantum pro patria, pro agro[a], pro imperio, pro amicitia[b] permissum est, quantum pro deo non licet! 11 Et tamen illis omnibus et statuas defunditis[c] et imagines scribitis[d] et titulos inciditis in aeternitatem.

[a] ita λ, > υ. [b] ita λ, + *pati* υ. [c] *decernitis* λ; cfr. Ad nat. I 12 (p. 82, 9): omne simulacrum seu ligno seu lapide desculpitur seu aere defunditur. [d] ita λ (scribere = pingere), *inscribitis* υ.

12 Nam et proxime ad lenonem damnando[a] christianam potius quam ad leonem[b] confessi estis.

[a] *damandam* λ. [b] ita υ Loefst. p. 71, + *putastis et* λ.

15 Ipsa illa[a] obstinatio.

[a] ita λ, *illa ipsa* υ, fortasse rectum.



